



**Totivs Ivris Canonici Compendivm, Siue, Brevis Svmma In
Qvinque Libros Decretalivm Sacri Concilii Tridentini
Decretis Accommodata**

In Qva Ivris Canonici Primæ Institutviones, seu Elementa ita traduntur, vt plurima breuiter ac decisiuè explicentur, & Canonum, Glossarum, ac Doctorum receptorum auctoritate communiuntur ...

Axel, Johannes Honorius van

Coloniae Agrippinae, 1656

Benevole Lector.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61552](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61552)

BENEVOLE O LECTOR.

Naboriosum, imò difficillimum est conscribere Summam Iuris Canonici conformem decretis Sacri Concilij Tridentini, & adaptatam Imperialibus institutionibus, in qua necesse est breuiter & decisiuè pluri-
ma deduci, explicari, & Canonum, Legum, Glossarum ac Docto-
rum receptorum auctoritate communiri Textus Concilij Triden-
tini allegari possunt, sed prohibita sunt Glossæ omnes & interpre-
tationes edicto S.^æ mem.^æ Pij Papæ IV. publicato, septimo Calend.
Febr. 1563. cui obtemperavi. Si quid in hac Summa negligentius
scriptum, vel minus sufficienter comprobatum iudicaueris, tua e-
mendet industria, ego Correctioni Sacrosanctæ Matris Romana
Ecclesiæ & cuiuslibet rectius sentientis, lubens & humiliter me
submitto.

Hoc imprimis scire te volo, beneuole Lector, Opusculum hoc ijs
præcipue elaboratum esse, qui Imperialium Institutionum clemen-
tiam iam degustarunt: quæ hic inculcare ut prolixum, ita nimis sa-
diosum futurum fuerit. Decretalium Summas ita persecutus
sum, ut ad S. Concilij Tridentini Decreta, tamquam Cynosuram
semper respexerim. Quanto vero labore ea res mihi constiterit, o-
ptime mihi ipse sum conscius: sed & æquum Lectorem id ex ipsa
lectione deprehensurum confido. Tu qualiquali hoc labore nostro
fruere, & Vale. Roma 23. Maij 1630.

APPRO-